



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

VI. Papst Clemens III. gestattet dem Domstifte die Zehnten in seinen
Parochien aus den Händen weltlicher Besitzer auszulösen, am 13. Sept.
1189.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

uobis canonice presentatis curam animarum illarum parochiarum, que ad uos pertinent, sine difficultate ac prauitate aliqua non impenderit, ex tunc eam de auctoritate apostolica, cessante appellatione absque columbia teneatis et in eis per uos uel per capellanos uestros libere ministretis, donec episcopus duritiam suam recogitans presentatos a uobis sicut debet admittat. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Laterani, Idus Septembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

VI. Papp Clemens III. gestattet dem Domstifte die Zehnten in seinen Parochien aus den Händen weltlicher Besitzer auszulösen, am 13. Sept. 1189.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Preposito et fratribus sancti Nicolai in Stendale — uobis presentium auctoritate duximus indulgendum, ut liceat uobis decimas, ad uestras parochias pertinentes, de manibus redimere laicorum et eas uestris uestrorumque successorum usibus libere deputare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam indulgentie nostre infringere etc. Datum Laterani, Idus Septembris, Pontificatus nostri Secundo.

VII. Papp Clemens III. verordnet, daß keine Synode im Domstifte gehalten noch Interdict oder Excommunication über dasselbe ohne päpstlichen Consens verhängt werden dürfe, am 4. Nov. 1189.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Al. preposito et fratribus ecclesie de Stendale Salutem et apostolicam benedictionem, — Dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut nulli synodum in ecclesia nostra uobis inuitis liceat celebrare: auctoritate etiam apostolica prohibemus, ne quisquam episcopus uel prelatu8 personas uestras excommunicare aut uestram ecclesiam presumat subicere interdicto, Salua sedis apostolice et ipsius legati auctoritate. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Laterani, II. non. Nouembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

VIII. König Heinrich verzeignet dem Domstifte 20 Pfund Einkünfte, welche zu den landesherrlichen Hebungen der Mark Brandenburg gehören, am 23. Juni 1190.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Henricus sextus, diuina fauente clementia Romanorum Rex et semper Augustus, — Nouerit — tam presens Imperii fidelium etas, quam successura posteritas, quod nos ob spem retributionis eterne Monasterio in Stendale, quod fundauit dilectus consanguineus noster henricus, comes de Gardelege, contulimus redditus uiginti librarum, pertinentes ad marchiam in brandenburch, sub eo tenore, ut fratres predicti monasterii redimant illos redditus ab aliquo, qui eos possidet uel ab aliquibus, uel si alio modo eos uacare contigerit, uolumus ut ad predictum monasterium deuoluantur et sic prememoratum monasterium iam dictas uiginti libras libere possideat. Vt igitur hec nostre celsitudinis concessio rata in perpetuum et inconuulsa permaneat,